Et illo loco adverbiorum vel interiectionum accipiuntur similiter mutant accentum sibi de
stinatum. Verg. in bucolico pulchra ex ordine munera aut his similia.
Et Lucanus in II. per istha fata quis fuit ille dies Marius quo moenia victor.
Hoc tamen quoque graecis auctoribus faciunt. Sic enim praepositiones loco adverbiorum, sic
etiam adverbia loco praepositionum solent poni. Homerus ΤΕΧΛΑCΕ ΔΕ ΠΑCΑ
ΠΕΡΙΧ ΘΩΝ. ΠΕΡΙ. pro ΠΕΡΙΞ praepositionem posuit pro adverbio. Idem ΙΛΙΟ
ΗΕΙCΩ ΡΕΙCΙΝΟΝ. adverbium pro praepositione. Nihil igitur mirum apud nos
quoque praepositiones pro adverbiis vel adverbia pro praepositionibus inveniri. Cum etiam loco
nominis ea soleant accipi. Ut Virgilius. Mane novum sponte sua. Statius in
Achilleide et ostia regni hostia nate iaces ceu muta et egregie sanguis. Et in IIII.
primitus aravum et rite nefasto libat, rite pro ritu posuit. Praepositiones quoque
tam pro adverbiis quam pro coniunctionibus inveniuntur ut ostendimus. Non bene tamen
stoici praepositionem inter coniunctiones ponebant praepositivam coniunctionem
eam nominantes. Cum coniunctio et nominibus et verbis et omnibus tam declinabilibus
quam indeclinabilibus per appositionem soleat adiungi. Nec solum praeponitur sed etiam
subiungitur. tamen apud poetas quam apud sine metris scribentes. Praepositio vero
ut saepe dictum est et praeponi vult semper cum recto ordine ponitur. Et verbis
ceterisque partibus indeclinabilibus nisi in compositione non adiungitur.

DE POTESTATE PRAEPOSITIONUM.

Separatae praepositiones vel accusativo vel ablativo adiunguntur. In compositione vero tam nominativo quam ceteris omnibus obliquis. qui ex compositio nascuntur nominativo. Et est quando eandem habent tam in compositione quam in appositione significationem. Ut invado hostem. et in hostem vado. In utroque enim contra significat. Est quando diversam. ut de te loquor. hoc est tui causa loquor. Deprimo. infra premo. Est quando abundant sillabice. id est auctionis syllabarum causa tantummodo nulla significationis additione. ut emori pro mori. Est quando localem vim possident quadripertitam. ut venio per forum. proficiscor ad graeciam. In italia sum. et a sicilia venio. Cum apud graecos praepositio composita cum dictionibus aliis quibusdam penultimam habentibus acutam ante penultimam eam facit si addebit sig

Qd praepositio eand... compositione qu... significationem...

In. alia significat... praepositio in hoc loco

De

E

P. P. Ad. In. A...

Cod 256 64 a f. 3r Priscian XIV 2. 3.